

1.
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



1692.

1. Alberti, Valentinus: De facultatibus imperiosorum ac
nobilitatis periodicis.
2. Alberti, Valent.: An etia quantum in articulis fidei
esse argumenta petere ex ratione?
- 39.6
3. Barthius, Christophorus: De marito usufructuario
Saxnico. 25. April. 1692: 1721.
4. Bichel, J. Bartholomaeus: De inquisitione His.
panica.
5. Beyer, Georg: De dote a plebe tumultuante dis.
cepta Linciae restituenda.
6. Fraendorff, Joh. Christoph: De iniqua liberorum
expositione
7. Kueblewein, Georgius Gustavus: De compensandis
Linciae expensis.
8. Lockmann, Johann Martinus: De jure necessitatis

1692

9. Ludovici, Christianus: De processibus iudicialibus
forulis Hebraicis, Graecis atque Latinis.

10. Marquartus, Gabriel Christophorus: De ~~causa~~^{causa}
nuptiali veterum

11. Meis, Joh. Christianus: De translatione
ministerii ecclesiae.

12. Menckius, Ludovicus: An requiratur bona
fides in praescriptione actionum personalium?

13. Mendelentius, Ludovicus: De retentione praeiuris ob
~~causa detentum~~

14. Olcarius, Joh. Augustus: De precibus Romanorum
aerilibus.

15. Philippus, Fridericus: De adulterio desponsatorum
2 Bimpl. 1692: 1730.

16. Pipping, Henricus: De triplici corona Romani
pontificis.

1692

17. Rechenberg, Adam : De numerationibus .
18. Redel, Curtus Andr : De jure naturae in gentibus
non cadente .
19. Poesnerus, Andreas Christophorus : De circum .
20. Romanus, Franciscus Conrads : De judiciis morum
inter conjuges et sponsatus veteri ac doctissimo
21. ²⁶ Schacher, Johann Christoph : De portione statutaria,
quatenus illi praesidium inferri possit, a
conjugibus : 2 Imp. 1692 : 1718 .
22. Schwendendorferus, Bartholomaeus Leonhardus :
De rerum permutatione .
23. Schwendendorferus, Bartholomaeus Leonhardus :
Casus juris civilis cum jure Calvesiano
Data .

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

133
A
I
M
Su
II
P
N



DISSERTATIO
HISTORICO-PHILOLOGICA
De
PRÆCIPUIS
JURISJURANDI
FORMULIS

Hebræis, Græcis atque Latinis,

Quam

*Amplissima Facultatis Philosophicæ
indultu*

PRÆSIDE
M. CHRISTIANO LUDOVICO

publicæ Eruditorum ventilationi
exponit

A. O. R. M. DC. XCII. d. XXIV. Septembr.

AUTORE & RESPONDENS

DAVID Buches / Vratisl. Siles.
B. A. & Philos. Baccal.

LIPSIÆ,
Typis GOEZIANIS.

38.
LIII.

1692, 9

10

Faint, mirrored text bleed-through from the reverse side of the page, including names like 'DAVID' and 'LUDWIG'.





Περίουσιον.

UTut in explicatione Jurisjurandi respiciendum sit ad materiam, formam, objectum, ritum, & alia, nobis tamen in praesenti propositum est, solas ex Philologia recensere formulas. Ut autem eò melius nobis constet, in Naturam earum ante omnia vel verbo erit inquirendum; omnium autem evidentissimè dijudicabuntur ex definitione jurisjurandi à Moralistis proposita, quod est *assertio religiosa, quâ divinae misericordiae renunciamus, aut divinam poenam in nos deposcimus, nisi verum dicamus.* Exinde fluit, eas formulas solùm pro genuinis habendas, in quibus DEUM testem atque vindicem esse volumus, sive de cetero manifestè DEI fiat mentio, sive implicite, sive sit verus DEUS, sive Idolum, sive Creatura, modò à jurantibus habeatur pro vero DEO, vel ipsis aliquid divini inesse credatur.

CAP. I.
HEBRÆÆ.

§. I. **H**Aut immeritò ab ipsis Hebræorum jurisjurandi formulis, tanquam vetustioribus initium capimus, quorum Magistri ipsum jusjurandum in quatuor Classes distribuere solebant: Nimirum in שבועת בטח quod Buxtorf *futilitatis sive leve & temerarium* vertit in Lexic. Talmud. f. 289. in שבועת שוא *jusjurandum vanitatis sive falsum*, in שבועת פקדון *jusjurandum de deposito*, & tandem in שבועת עדות *jusjurandum testimoniale*. Conf. Buxtorf. Lexic. Talmud. sub voce שבע fol. 2315. & Lightfootus in Horis Hebraic. & Talmud. in

A 2

Matth.

Matth. V. 33. p. 279. qui tamen in interpretatione dictarum jurisjurandi specierum non in omnibus cum Buxtorfio facit.

§. II. In presenti tamen de formulis tantum jurisjurandi acturi, illas occasione distinctionis, quâ Rivetus in Explic. Decal. ad Exod. XX. 7. quæst. 1. p. 1281. jusjurandum ratione formæ in simplex & execratorium dividit, distinguere placet in *simplices* & *execratorias*; illas vocamus, in quibus DEUS aut Creaturæ testes invocantur absque expressa execratione; eæque iterum in ἐγρεφφς & ἀγρεφφς distribui possunt.

§. III. Ad illas, nempe ἐγρεφφς, omnium primò referre liceat formulas, quibus ipse DEUS usus fuit, ad certificandas promissiones suas de bono, vel comminationes de malo, suntq; sequentes: (1.) **כי נשבעתי** *per meipsum juravi*, Gen. XXII. 16. Esa. XLV. 23. & alibi: Explicationem hujus formulæ, simulque rationem, cur DEUS ita juraverit, hanc Gentium Apostolus Paulus suggerit Ebr. VI. 13. quum non posset per quemquam majorem jurare, juravit per seipsum. (2.) **נשבע בקדשו כי** *juravit per sanctitatem suam*, Amos IV. 2. quam varii variè reddunt, alii, juravit in semetipso, alii, in filio suo, in templo alii &c. Nobis prima expositio, quæ Hieronymi est, arridet, quia Sanctitas DEI, utpote attributum divinum ipse DEUS est. Sensus est, ut Theologi applicant, juravit per se, (& quia abstractum pro concreto superlativum notat) sanctissimum; dum autem in specie per attributum sanctitatis jurat, id vult, se male non esse sanctissimum, quàm, quod asserit, non servare; Confirmatur hæc expositio Psal. LXXXIX. 36. In aliquo alias jurare, hebræis idem est, ac per aliquem jurare, **כִּי** enim vel *per*, vel *in* significat, annotante Ribera in Amos IV. Et est usitata particula in jurejurando, cum qua neutiquam convenit particula **ל**. Differt enim jurare **לַיהוָה** & **בַּיהוָה**, ceu rectè observat Drusus lib. IX. observ. c. 10. Conf. Glass. Gram. S. I. II. Tract. 1. p. m. 670. (3.) **נשבע בנפשו כי** Amos VI. 8. conf. Jerem. LI. 14. *juravit Dominus per animam suam*, h. e. per seipsum, quia non habet animam; hinc etiam alibi jurat per seipsum, juxta Num. I. Et per **נפשו** reciprocum designari, patet ex 1. Sam. XX. 17. quin quod Syrus passim **σκαυλον** per suum **נפשו** Matth. IV. 6. Joh. XXI. 18. & alibi reddat. (4.) **כי אני חי** Jerem. XXII. 24. Ezech. XIV. 16. V. II. &c. *Vivus ego*. Lutherus exponit: **So wahr als ich lebe**: quam versionem habere videtur ex Num. XIV. 21. ubi particula affirmandi **אולם** expressè additur: **אולם חי אני**. Et hoc DEI jusjurandum omnium maximum & certissimum vocat B. Glassius,

5
7.
fius, eò quod ἐκ τῆ ἀδωάτης ductum; innuit enim DEUS, quando interponit in jurejurando vitam suam, h. e. immortalem, & æternam ipsius gloriam, majestatem, potentiam, veritatem, se potius non futurum DEUM, quàm ut verbum à se prolatum non compleat; Hinc bellè Tertulianus exclamat: O beatos nos, quorum causa jurat DEUS, ò miserrimos, si nec DEO juranti credimus. Rhetor. S. p. 540. Huc quoque spectat (5.) formula illa; quæ Daniel. XII. 7. legitur ab Angelo Danieli in Somno apparente adhibita, hujus tenoris: **וְיָשָׁבַע בְּחַי הָעוֹלָם** & juravit per viventem in secula.

§. IV. Has excipiunt formulæ jurisjurandi *ipsis Hominibus usurpatae*, & primo quidem, quæ jurabant per *DEum solum, eumq; verum*, cujusmodi sequentes sunt: (1) **אֲשָׁבַע לְיְהוָה** juravi ei per Jehovam. 1. Reg. II. 8. prolixior paululum ita (2) se habet. **וְאֲשָׁבַעַךְ בְּיְהוָה** ut adjurem te per Jehovam, DEum Coeli, & DEum terræ. Gen. XXIV. 3. & (3) **לֵךְ בְּיְהוָה אֱלֹהֵי** נשבעתי לך ביהוה אלהי ישראל juravi tibi per Jehovam DEum Israelis. 1. Reg. I. 30. Quibus (4) consona & illa formula est, qua Labanus cum Jacobo foedus pangens utebatur: **אֱלֹהֵי אֲבֹתֵינוּ אֱלֹהֵי אֲבֹתֵינוּ** ut adjurem te per Jehovam, DEum Abraham & Dii Nahor judicent inter nos, DEUS Patris eorum. Gen. XXXI. 53. ubi Labanum **יִשְׁפָּטוּ** verbum plurale adhibuisse, eum in finem, ut differentiam inter DEos faceret, ostenderetque, plurium, quam unius DEI mentionem iniecisse, DEI scil. Abrahami, cujus Cultorem Jacobum esse noverat, tum, quo eidem gratificaretur, testatum, se DEum ejus non averfari, tum fortasse, quo Jacobum ad imitationem sui pertraheret, similibusque Verbis jusjurandum suum conciperet, quando nempe videret, se DEum Abrahami primo loco nominasse; Et dein etiam DEI Nahoris, quem ipse colebat, tanquam probabilius eleganter asserit Rivetus Exercit. 136. in Genes. XXXI. Hinc etiam factum esse Idem l. c. probat, quod Jacobus ibidem, quæ in ordine (5) formula est, **בְּפֹחַר אֲבוֹי יִצְחָק** per pavorem Patris sui Isaac, i. e. per DEum, quem Pater suus Isaac cum summo timore reverebatur, jusjurandum suum fecerit, ne nimirum ambiguitas Vocis, qua etiam usus erat Laban, posset in perversum sensum trahi, referrique ad DEum, quem Abraham cum Thare & Nahor coluerat; utque pavoris Voce, quanta religione illud jusjurandum præstaret, declararet. Fallunt proinde illi, qui vocem **פָּחַר** per angelum exponunt, quippe Voces huic Synonymæ **מֹרָא** & alia, de DEO tantum in Scripturis usurpantur

pantur Esa. VIII. 13. Psal. LXXVI. 8. Et accommoda Vox est iurijuran-
 do, monentur enim jurantes, cum DEI tremore ac timore tanti Nominis
 mentionem faciendam esse. Conf. Rivet. in Explicat. Decalog. ad Exod.
 XX. 7. quæst. 4. Quam in rem etiam Theodoretus quæst. 91. in Genes. ita
 scribit: Φόβον τῶν ἰσραὴλ ἦν εὐσεβείαν ἐκάλει, ἵνα τὸν θεόν, ὃν φόβον
 ἐν τῇ ψυχῇ περιέφερε. Labani formulæ, qua DEum tanquam judi-
 cem invocabat, convenientes & sequentes sunt: (6) **וַיְהוֹוֶה** *Vivit*
Jehovah: (vel: ut vivit; vel: Vivus; vel: Vivens Jehovah; vel: Vitam
 Jehovah per Ellypsin ἢ Per; prout nempe vel pro Verbo, vel pro Partici-
 pio, vel pro Nomine participiali, vel pro Substantivo in Regiminè posito
 Vocab. **וַיְהוֹוֶה** habetur; quod Grammaticis decidendum damus. Vid. Gesne-
 rus in Comm. ad Gen. XLII. p. 737. & Geierus in Comm. in Daniel. XII.
 7. p. 986.) *Judic. VIII. 19. veletiam* (7) **וַיְהוֹוֶה אֱלֹהִים** *Vivit DEUS. 1. Sam. II.*
27. Conf. Job. XXVII. 2. & plures alios locos, qui ex Concordantiis colligi
possunt; Sic (8) **וַיְהוֹוֶה אֱשֶׁר פָּדָה אֶת נַפְשִׁי מִכָּל צָרָה** *Vivit*
Jehovah, qui redemit animam meam de omni angustia. 1. Reg. I. 29. No-
tanda quoque est (9) *Regia illa formula:* **וַיְהוֹוֶה אֱשֶׁר הִכִּינֵנִי**
Vivit Je-
hovah, qui confirmavit me atq; sedere fecit me super thronum Davidis Patris
mei, & qui fecit mihi domum. 1. Reg. II. 24. & (10.) **וַיְהוֹוֶה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל**
Vivit Jehovah DEus Israel, in cujus conspectu
sto, si 1. Reg. XVII. 1. sensus harum formularum hic est; Sexta & septima
quoad sensum conveniunt cum quarta §. 3. Conf. Glass. Rhet. S. Tr. II. c. 4.
p. 540. octava, nona & decima, quoad priora verba, à sexta & septima
non differunt; additamentum autem posteriorum verborum nullam parit
difficultatem, nisi quod de decima duo observatu certe dignissima non
sint prætereunda, primò; quid sibi velint verba: in cujus conspectu sto: du-
pliciter autem ea explicari possunt; a) propriè, ut sensus sit: Sto in con-
spectu DEI, Vindicis justissimi & acerrimi, qui vindicabit id, si falsum sit;
secundò. אֵם in juramentis ellypticum dicendi genus efficere,
& si אֵם simpliciter ponitur, negare, addita vero negatione לֹא affir-
mare: cujus exemplum extat Judic. XI. 10. quæ ordine (11) *est* **וַיְהוֹוֶה**
Jehovah audiet inter
nos, si non secundum verbum tuum fecerimus. Utriusque generis plura
exempla Vide sis in Buxtorf. Thesaur. Gramm. L. II. c. 21. p. m. 587. seqq.
Conf. B. Glass. Gramm. S. L. III. Tr. 7. p. 595. & Rhetor. S. Tract. II. c. 4. p. 540.
*(12) **וַיְהוֹוֶה אֱשֶׁר לְעַד אֵמַרְתָּ וְנֶאֱמַן וְגוֹ'** Jehovah sit testis inter nos*
Verita-

Veritatis & fidei. Jerem. XLII. 5. (13) 1. Sam. XXV. 34. וְאֵלֹהִים חַי יְהוָה
כִּי אֱלֹהִים יִשְׂרָאֵל Et certe vivit Jehovah, Deus Israelis, &c. quod.
De qua particula כִּי Glassius observat, esse, qui eam in formulis jurandi
pro certè ponant, Gramm. S. L. III. Tr. 5. Can. 17. p. 473. & (14) הָרִמְתִּי יָדַי
אֶל יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Elevationi manus meae ad
Jehovam, DEUM altissimum, possessorem Caeli & terra &c. Gen. XIV. 22.
ubi elevare manus ad Jehovah, idem est, ac jurare, solebant enim jurantes
Manus ambas versus Coelum elevare, quo in animum sibi revocarent cœ-
lestis Numinis & præsentiam & vindictam; quod & ipse DEUS majoris
corroborationis gratia fecisse dicitur Exod. VI. 8. & alibi.

§. V. Quemadmodum autem verum DEUM colentes per eun-
dem jusjurandum dedisse, jam vidimus, ita & Idololatrias per sua Idola
jurasse innuitur Amos VIII. 14. ubi hæc leguntur formulæ: (1.)
שָׁמַרְתָּ בְּאֶשְׁמֵת שִׁמְרוֹן jurantes per delictum Someron, juxta Tiri-
num Comm. ad h. l. in delicto Samariæ, i. e. per vitulum aureum à Jero-
boame in Bethel erectum, Lutherus vertit: durch den Fluch / & addit ra-
tionem denominationis in Glossa ad h. l. daß sie sich daran versündigten
und den Fluch verdieneten. Notandum autem, nos verba adducta non
pro ipsa formula venditare, sine dubio enim vox אֶשְׁמֵת à Spiritu S. ad
iniquitatem hujus jurisjurandi designandam substituta fuit loco vocis I-
dololatriæ usitatæ, quam אֱלֹהֵיךָ fuisse, formula sequens non obscure si-
gnificat. (2.) חַי אֱלֹהֵיךָ דָן Vivit DEUS tuus (qui est in) Dan; quem
vitulum quoque aureum fuisse, à Jeroboamo illuc positum, liquet ex 1.
Reg. XII. 29. (3.) חַי רַרְךָ בְּאֵר שֶׁבַע Vivit Via Barseba. Lutherus:
Der Gottesdienst zu Barseba: rectius meo judicio, quàm Tirinus, qui
vocem רַרְךָ propriè exponit, non enim inusitatum est in Scriptura, per
רַרְךָ cultum designari, conf. Jer. X. 2. Observandum insuper hæc, quòd
prima formula minus fuerit frequentata, nam, quia Bethel in medio ferè
terræ sanctæ erat, idolum non tantùm Numinis habere credebatur, quàm
reliqua, quæ in remotioribus locis erecta erant.

§. VI. Non solùm autem per DEUM, tum verum, tum fictum, sed
& per Homines jurare solebant, eorumq; vitam, cujus exemplum Genes.
XLII. 16. suppeditat; jurat autem ibi Josephus חַי פְּרַעָה per vitam Pha-
raonis: more ægyptiaco, secundùm Aben-Efram. Negant, verum esse
jusjurandum, Pfeifferus in Dub. Vexat. Cent. I. Loc. LXXV. p. m. 191. Ri-
vetus Exerc. 162. ad c. 42. Gen. & alii, Pro veri Nominis juramento non-
nulli.

nulli habent, quibus nos ad stipulari non veremur, nam, cur non possit esse genuini nominis Sacramentum, si explicatio accedat commoda, non videmus. Conf. etiam Thom. II. 2. quæst. 89. a. 6. in Pufend. J. N. & G. I. IV. c. 2. §. 3.

§. VII. Restant adhuc & illæ, ubi simul & DEI, & Hominum mentionem adjiciebant; Cujus generis sunt (1.) חי יהוה וחי ארני המלך *Vivit Jehovah & Dominus Rex meus*, 2. Sam. XV. 21. & (2.) חי יהוה וחי נפשך *Vivit Jehovah & vivit anima tua*, 1. Sam. XX. 3. conf. 1. Sam. XXV. 26. 2. Reg. II. 2. Quas formulas per mutuam relationem inter DEUM, vitæ hominis autorem, & hominem viventem ex DEI Creatoris gratia, explicandas rectissimè censet B. Glasius Rhetor. S. p. 540. ita etiam ipse Spiritus S. Jer. XXXVIII. 16. explicat: Vivit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te &c. Ut sensus in talibus hic esse videatur, tam verum certumq; esse, quod asseritur, quam certum est, DEUM vivere, & ab ipso Hominem terrenam vitam accepisse, cœlestemq; expectare. Observant aliàs Rabbini, de DEO vero חי, de Diis falsis & de hominibus verò in forma constructa חי dici; quam tamen observationem infringit exemplum superius jam allatum ex Dan. XII. 7. ubi חי etiam de DEO vero adhibetur. Vid. Buxtorf. in Thesaur. Gramm. Lib. II. c. 21. p. 589.

§. VIII. Missis nunc jurisjurandi formulis *ἐγὼ ἵψωμαι ἀπὸ τοῦ κεφαλοῦ* ut nos accingamus, instituti nostri ratio postulat, solenne autem ipsis erat, per *Personas sanctas* jusjurandum suum informare, per *Prophetas*, per *Mosen* &c. quæ Maimon. הלכות שבועות c. 12. sine ratione sufficiente pro veris jurisjurandi speciebus minimè agnoscit; Sit, licet animus jurantis sub his verbis per illum jurare, qui istum Prophetam misit; nisi velis dicere, pro veris, at non pro licitis habuisse, luculentum autem ejus exemplum (1.) habetur in Talmud. Hierosol. Megilla c. ult. f. 75. *משה ראני מסתכר* per *Mosen ego aspexi*. & in Horajoth. c. 3. fol. 47. col. 4. *משה דינון ונו* per *Mosen, si ipsi* &c. Frequens quoque ipsis erat per Vitam, Salutem, imò Caput vel proprium vel alterius jurare, exempla reperiuntur in Sanhedr. c. 3. Halac. 2. (2.) *דור לו בחיי ראשך* *Vove (vel jura) mihi per Vitam Capitis tui*. (3.) *וכי משתבע משתבעי* & *cum jurabant, jurabant sic: per Vitam Rabbitorum sanctorum in terra Israël*. in Tr. Talmud. Pefachin. f. 113. Sic (4.) *בראש המלך* per *Caput Regis* legitur in Rosch haschana f. 17. more *Ægyptiis* recepto, teste *Aben-Esra* in *Exod.*

Exod. XX. 7. aliàs & ita efferebant (5.) *חי המלך חי* *Vivit Rex*, quæ coinci-
dit cum superius allata jurisjurandi formula *ἐγὼ εἶπα* *יהוה חי* *Vivit Je-*
hovah; rationem autem quoad posteriores formulas Paulus Fagius reddit,
ita scilicet jurasse, quòd vita hominum *אדם* pendeat.

§. IX. Sic quoque per Res quasvis sanctas *יחזיקו* dare con-
sueverant, uti per templum jurasse, & quidem duplici ratione ex Talmu-
de discimus, priorem ita exprimere amabant, (1.) *מעון הורה* *habita-*
culum hoc, quæ in Cherithuth occurrit, c.1. Halac. 7. ubi, cum venderen-
tur aliquando turtures & columbarum pulli Hierosolymis denario aureo,
dixit R. Simeon Ben Gamalielis. *המעון הזה לני אלון הלילה*
per habitationem hanc (i. e. per templum hoc) hâc nocte non quiescam,
nisi veneant denario argenteo. Cui geminum legitur Ketubboth. c.3. &
Tosapht. ibid. Posterior his concipiebatur verbis (2.) *היכלא בירינו*
היא *per templum in manibus nostris est hæc res*, in Babyl. Kiddushin f.71. 1.
ubi glossa addit: *שבועה בהיכלו של מקום* Juramentum est per
templum ejus, qui est DEUS. Sic quoque per altare jurabant, & impri-
mis interius, patet id ex Echa Rabbati c. 2. 10. (3.) *השביעו*
כמו *ר' יוסי בר חנינה* *אמר במזבח הפנימי*
eum, Rabbi Josi filius Chaninah resp. per altare interius. Quin etiam
non semper per altare, sed & (4.) *קרבן* *per dona altari imposita* jurasse,
hacq; formula jurisjurandi indissolubili vinculo se mancipatos arbitratos
fuisse, cum per templum aut altare jurare, vulgare ipsis, & quasi pro ni-
hilo fuisse, docet Lightfoot in Hor. Hebraic. & Talmud. ad Matth. XXIII.
6. & XV. 5. Imò per ipsam Urbem Hierosolymam jurabant, quod vel si-
ne præfixo *ב* vel cum eo, vel cum præfixo *ל* efferebant, hoc modo: (5.)
לירושלים *ירושלים* *בירושלים*, uti & idem in reliquis observa-
bant; & (6.) *אין לו* *הנשבע בעשרת הרברים ובספר התורה* *אין לו*
הנשבע בעשרת הרברים ובספר התורה *אין לו* *הנשבע בעשרת הרברים ובספר התורה*
qui jurat per decem verba, & per librum legis, nun-
quam in perpetuum id revocare potest; Aruch in *שבע*. Demum per
quasvis ferè Creaturas jurabant, uti ex loco Maimon. הלכות שבועת
c. 12. colligi est. Utpote (7.) *הוא* *per Cælum ita est*. Ba-
byl. Beracoth. fol. 55. Conf. Buxtorf. Lexic. Talmud. sub voce imprim.
f. 2315. & Pfeiffer. in Antiquit. Ebraic. c. 23. p. 186. seqq. Nec omit-
tenda formula haut dubiè antiquissima per Sanguinem Abelis, ipsis Sethi
posteris usurpata, cujus Sulpitius Severus meminit, & originem prolixè
ex Pseudophilone imprimis tradit Seldenus de J. N. & G. juxta Disciplin.
Hebraeor. l. 5. c. 8.

B

§. X.

§. X. Et hæc de præcipuis jurisjurandi formulis Hebræorum, quas simplices vocamus, sufficiant, restant nunc paucis etiam execratoriæ evolvendæ, quæ erant, ubi expressis verbis execrationem addebant, ita tamen, ut mali imprecari non esse circumscriberent, imprecabantur autem aut mala vel tibi ipsis, ut (1) כה יעשה לי אלהים וכה יוסף וגו' sic faciat mihi DEUS, & sic addat. 1. Reg. II. 23. Conf. 1. Sam. XIV. 44. 2. Sam. III. 35. XIV. 14. 2. Reg. VI. 31. & alibi. vel aliis (2) כה יעשה לאויבי דוד וכה יוסף וגו' sic faciat Deus hostibus Davidis, & sic addat. 1. Sam. XXV. 22. conf. 2. Sam. III. 9. Quarum tamen Mens haut ea videtur esse, quasi jurantes plurima prius malorum genera recensuerint, & postea addiderint; Hoc vel sic mihi faciat DEUS, &c. imprecatio quippe mali, hostibus facta à Davide 1. Sam. XXV. 22. eadem periphrasi circumscribitur, cum autem noluisse, ut hostibus male sit, ipsa jurisjurandi ratio innuit, utpote in quo ea interponere solemus incommoda aut mala, quæ nec volumus, nec optamus fieri. & (3) כה יעשה לך אלהים וכה יוסף וגו' sic faciat tibi Deus, & sic addat &c. 1. Sam. III. 17. quam adhibere amabant imprimis, quando obtestatio, aut alterius adjuratio fiebat, ut adeo sensus hic sit; adjuro te, seu jurejurando te obstringo, (cujus violatio pœnas divinas tibi accersat) ut &c. Conf. Buxtorf. & Glass. II. cc.

CAP. II.

GRÆCÆ.

§. I. ET hæc fuere præcipuæ Hebræis usitatæ jurisjurandi formulæ, omissis reliquis pedem nunc promovemus ad Græcas, quorum non major jurisjurandi religio erat, utpote illorum adeo inveterata licentia jurandi erat, ut, Chryostomo teste, in compitis, in foro, pro decem obulis, pro calceis, & vilissimis quibuscumque rebus juramenta intempestiva exigere, & prestare nulli veriti sint; de horum formulis in genere id notari meretur, easdem illos expressisse, vel præfixa particula Μα, vel Νη, aut Να, vel etiam more Attico, per Pleonasmum: Να μη, vel Νη μη, cum accusativo, imò & per præpositiones πρὸς & κτὶ cum Genitivo, quandoque & absque præpositione aut particula Μα ellipticè; vel per Verbum ὀμνύειν, regens post se Accusativum. Conf. Grammat. Golio-Welleriana p. m. 390.

§. II. Formulas verò ipsas quod concernit, eæ perinde, ut Hebrææ, in ἐγὼ φημι & ἀγὼ φημι distribui possunt: Ad illas sequentes referendæ, quibus vel DEUS, vel homines usi fuere, DEUM quidem, & in specie Filium

5
7.
X

lium DEI, angelum illum increatum jurasse legimus Apocal. X. 6. his ver-
bis: (1.) ὠμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τὰς αἰῶνας τῶν αἰῶνων, ὃς ἐκτίσεν τὸν ἔ-
ρανον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ
τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι &c. juravit per viventem in secula seculorum, qui creavit
caelum & ea, quæ in illo sunt, & terram, & quæ in illa sunt, & mare, & quæ
in eo sunt: quæ ex parte cum illa, quam ex Dan. XII. 7. superius inter E-
bræas recensuimus, convenit; ubi per viventem in secula neminē alium, nisi
ipsum DEUM intelligi posse, oppidò liquet: Præter hanc solam autem,
vix alias formulas jurisjurandi ipsi Christo in N. T. usurpatas invenies, nisi
fortè (2.) & illam locutionem huc velis referre, quam Christus sapissime
promissionibus suis adjecit, sc. ἀμὴν, aut etiam ἀμὴν λέγω ὑμῖν: de qua
phrasi eruditi inter se dissentiunt; Ravanella equidem veram jurisjurandi
speciem continere dicit, in Biblioth. sua Sacra, qui consentientem habet
Gregor. Nyssen. de Scopo Christiani T. 3. p. 311. Chrysof. Homil. II. in
Epist. ad Hebr. Theophyl. in Hebr. VI. p. 929. Oecumen. in loc. eund. p.
827. aliosque. Fullerus verò in Miscellan. Sacr. I. 1. c. 2. cum Hieron. in E-
saiam I. 8. c. 25. aliisque, simplicem tantùm notam esse confirmandi, rem
aliquam verè ac certò esse, vel futuram, contendit; quæ sententia proba-
bilior quoque videtur. Vid. interim Ravanella in voce Amen. Leo Allat.
de Ecclesiæ Orient. & Occident. consensu I. 3. c. 15. n. 23. 24. 25. & alii,
quos citatos vide ap. Suicerum in Thesaurò Ecclesiast. in voce ἀμὴν.

§. III. Sequuntur nunc hominibus, ipsi imprimis Paulo frequentatæ
jurisjurandi formulæ, quarum (1.) Θεὸς μάρτυς, DEUS est testis, I. Thess.
II. 5. (2.) Μάρτυς μὲ ὅτιν ὁ Θεός, Testis mihi est DEUS, Phil. I. 8. (3.) ἰδὲ
ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἔψευδομαι, Ecce coram DEO non mentior, Galat. I.
20. (4.) Μάρτυς μὲ ὅτιν ὁ Θεός, ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματι μὲ, ἐν τῷ
εὐαγγελίῳ τῷ ἡμῶν αὐτῶν, ὡς &c. Testis mihi est DEUS, quem colo spiritu
meo, in Evangelio filii ipsius, Rom. I, 9. (5.) ὁ Θεός καὶ πατὴρ τῶν κυρίων
ὑμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὁ ὢν εὐλογητὸς εἰς τὰς αἰῶνας, DEUS & Pater
Domini nostri Jesu Christi, qui est laudandus in secula, novit. 2. Cor. XI. 31.
(6.) ἐγὼ μάρτυρα τὸν Θεὸν ὁπικαλέμαί ὅτι τὴν ἐμὴν ψυχὴν, Ego te-
stem DEUM invoco in animam meam. 2. Cor. I. 23.

§. IV. Ἄγροφοι denuò aliæ erant, quas Gentilium Deafros adhi-
buisse Poëtæ tradunt, quarum omninò prima erat per Stygem; Sic enim
Deorum jusjurandum per Stygem factum ipse Homerus ὄρκον μέγιστον
καὶ δεινότατον μακάρεσσι θεοῖσι vocat Iliad. O. 37. & 38. & Odyss. E. 185.
& alibi passim; fiebat autem hæc ratio: (1.)

B 2 150

ἴσω νῦν τόδε γαῖα καὶ ἄρανός ἐυρύς ὑπερθεῖν,
καὶ τὸ καλειβόμβρον Στυγὸς ὕδωρ - -

Sciat nunc istuc terra & cælum latum supernum, & ipsa praterlabens Stygis aqua, Hom. Odyss. E. 184. Cujus originem hanc Poëtæ fabulantur: Cum aliquando Jupiter omnes Deos ad se convocasset, ut secum contra Titanes pugnent, nullique illorum se præmia ademturum, sed honorem quemque habiturum, quem antea, imò & ad honores provecturum esse, qui antea illorum expertes fuerint, promisisset, venit primùm Styx, quam valdè honoravit Jupiter, & eximia quoque dona dedit; ipsamq; insuper

- - ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὄρκον
uti Hesiod. in Theogonia canit v. 400. adeò, ut qui per eam pejeraverit, illum oportuerit integro novennio Ambrosia & Nectare defraudari, omnique conversatione Deorum abesse. Conf. Hesiod. l.c. v. 793. seqq. Et hinc Virgil. L. VI. Æneid.

- - - Stygiamque paludem
Dì cuius jurare timent, & fallere Numen.

Fingebatur autem Styx ex Oceano & Tethyde prognata, auctore Hesiod. l. c. v. 362. qui eandem omnium filiarum excellentissimam facit; sic ille v. 361. καὶ Στύξ, ἣ δὴ σφέων περφερεσάτην ἄπασέων. Eadem formula etiam occurrit apud Homerum in Hymn. in Apollin. Prolixior autem Iliad. O. 36. seqq. ubi Juno Jovi jurat, suo impulsu, Neptunum non adesse Græcis, hunc in modum: (2.)

ἴσω νῦν τόδε γαῖα, καὶ ἄρανός ἐυρύς ὑπερθεῖν
καὶ τὸ καλειβόμβρον Στυγὸς ὕδωρ - -
Σὴ δ' ἱερὴ κέφαλή, καὶ νώϊτερον λέχθ' αὐτῶν
κρηίδιον - -

Sciat nunc hoc terra, & cælum latum supernè, & subterlabens Stygis aqua. tuumq; sacrum Caput, & noster lectus ipsorum Juvenilis. Et Iliad. E 271. sqq. iterum Juno, Somno jubente, jurat, manu alterâ terram, alterâ verò mare capiens, (3.) - αἰάστον Στυγὸς ὕδωρ per inviolabilem Stygis aquam, nominatis θεοῖς ἀπασι τοῖς ὑπόσταταίοις, οἱ ἕτῃνες καλέονται, Diis omnibus subtartareis, qui Titanes appellantur, & Saturnum circumstant. Porro jurabant ipsi Dii per Jovem etiam; Sic enim Apollo (4.) Νῆδία per Jovem ap. Lucian. in Dialog. Apollin. & Vulcani. T. i. oper. p. 184. & Æsculapius apud eund. Dial. Jovis, Æsculap. & Hercul. p. 190. it. Minos in Lucani Scipione T. i. oper. p. 273. Alio modo Minerva jurasse (5.) Νῆ
τόν

τὸν πατέρα *per patrem*, i. e. Jovem, dicitur ap. Lucian. in Dial. Vener. & Cupidin. Fingunt quippe Poëtae, Minervam è Jovis cerebro, sine Matre, prognatam fuisse, ejusq; rationem hanc tradunt: Jovem, cum Junonem suam sterilem videret, ne prorsus sine prole esset, cerebrum suum percussisse, & inde Minervam profiliisse; docet id Homerus Hymn. in Apollin. ipse tandem Jupiter (6.) πρὸς Θεῶν *per Deos* jurasse fertur apud Lucian. in Icaromenippo T. i. oper. p. 696.

§. V. Hominibus frequentatas jurisjurandi formulas non malè iterum in simplices & execratorias distinxeris, quarum illæ sunt, ubi tantùm mentio Creaturæ, aut Deorum, per quos jurabant, injiciebatur, eæ autem ex duplici fonte manant; nimirum vel irrisione, vel superstitione. Conf. Ursinus in anal. sacr. T. i. p. 19.

§. VI. Ad illas, quæ fiebant ex *irrisione*, per res ferè quasvis, quas nec pro Diis habebant, nec aliquid divini habere credebant, referri merentur sequentes verè jocularis jurisjurandi formulæ; Sc. (1.) Ναὶ μὰ τὴν κρόμβην, & alia dialecto: Ναὶ μὰ τὰ κρόμβαν, vel in plurali: Ναὶ μὰ τὰς κρόμβας, vel κτ' τῆς κρόμβης ὀμνύω, *per brassicam vel brassicas juro*; quam Iones adhibere amabant, utut Athenæus Δειπνοσοφιστικῶν L. IX. p. 370. [& Porphyrius, quem Pufendorf. in J. N. & G. L. IV. c. 2. §. 3. p. 489. citat] pro formulis seriis jurisjurandi habeat, eâ ratione inductus, quod brassicæ aliquid divini inesse veteres crediderint, hinc allegat Menandrum ita canentem:

ἦν μάνην λαχάνοισι παλαιογόνοι ἐνέπρασιν,
quam [brassicam] inter olera vatem prisca vocarunt. it. Hipponact. in Jambis:

ὁ δ' ἐξολιδῶν ἐπέτευε τὴν κρόμβην.
elapsus ille supplex brassicam adorabat.

(2.) ὦμνυε τὴν κάππαρον, *juravit per Capparim*: quo jurejurando Zeno Citticus, Stoicæ sectæ conditor, usus fuit, imitatus Socratem per Canem jurantem, quæ ordine est (3.) ὦμνυε τὸν κύνα, vel (4.) κτ' κυῶν *per canes juravit*: Socratis. (5.) κτ' τῶν πλατάνων, *per platynos*: Ejusdem. & (6.) κτ' τῶν χηνῶν *per anseres*: Lamponis. Conf. Alex. ab Alex. Genial. dier. l. 5. c. 10. & qui primo loco nominandus erat Diogen. Laert. de Vitis Philosoph. l. VII. p. m. 456. idem quoque docet Lucianus in Icaromenippo T. i. oper. p. 666.

§. VII. Ex *Superstitione* autem manarunt illæ, quibus vel Deastros

suos invocabant, vel Creaturas; Prioris generis formulæ iterum concipiebantur vel per *omnes Deos*, vel per *plures simul*, vel per *unum tantum*. Posterioris verò fiebant per *Creaturas* aut *Res* ab ipsis pro *Diis* aut saltem pro *sanctis* habitas.

§. VIII. Informasse autem jusjurandum per Deos omnes, testantur sequentes formulæ: (1.) ὀμνύω τὰς ἢ τὰς θεὰς ἀπάντας, ἢ πᾶσας, *juror per Deos, Deasq; omnes*, quæ apud Demosth. occurrit in Oration. advers. Cononem. (2.) ἢ καταχωρῶ ὄπλα τὰ ἱερά, ἢ ἐγκαταλείψω τὸν προσηύτην &c. & post multa: ἴσορες θεοὶ τέτων. Non ignominia afficiam arma sacra, neque deseram meum altitem, &c. Horum Dii mihi testes & conscii sunt. Quæ formula jurisjurandi erat, quod Ephebi Athenienses, antequam Civium numero adscriberentur, sub dio quidem, anno ætatis suæ vigesimo dare tenebantur, autore Stobæo Serm. XLI. qui agit de Republ. Eadem quoque occurrit, sed paulò aliter apud Jul. Polluc. l. 8. Onomast. c. 9. n. 25. quam ibi vide. Habuisse autem hanc formulam Ephebos Athenienses cum Militibus communem docet Pfeifferus Antiquit. Græc. l. 3. c. 17. & (3.) καὶ πάντων θεῶν, *per omnes Deos*. Lucian. in Libell. Calumn. non temerè credend. (4.) τὰς σεμνὰς θεὰς. *Eumenidas*; ita enim vocabant easdem Athenienses, benè ominandi gratiâ, Junius in Lexico sub voce Σεμνὸς inquit; Frequens autem erat in Areopago, ubi cædis actio dabatur, teste Lysia Orat. in Theomnestum; antequam enim judicium fiebat, dabatur, & ab actore, & à reo jusjurandum, dictâ formulâ, & quidem conceptis verbis, actor, quod interfecerit; reus autem, quod non interfecerit; quod aliàs jusjurandum de Calumnia dicebant. Vid. Pfeiff. in Antiquit. Græc. l. 2. c. 30. Indicium hujus rei habemus apud Dinarch. Orat. in Demosthen. ita ille: ἀπάσαις ταῖς ἀρχαῖς, ταῖς ἐν τῇ πόλει γρομύραις ἔνοχθ' καθέστησεν. Ἐπιωρκικῶς μὲν τὰς σεμνὰς θεὰς, ἐν ἀρείῳ πάγῳ, καὶ τὰς ἄλλας θεὰς ἕς ἐκεῖ διόμνουσαι νόμιμόν ἔστι; omnibus, quæ sunt in urbe, execrationibus tenetur, cum & Eumenidas in Areopago pejeraverit, aliosq; Deos, quos jurare utrinque illis est receptum. Ratio autem, cur in Areopago per σεμνὰς θεὰς s. Eumenidas juraverint, hæc videtur fuisse, quod etiam iisdem sacrum fieret in Curia Areopagitarum, ut quas existimari volebant ejus esse Curie præsides, in qua sicarii judicabantur, tanquam vindices & ultrices hominum necatorum; quibus quoque ob id tres sacrificulos institutos fuisse, Junius l. c. ex Budæi annotat. notat,

§. IX.

§. IX. Postea nominatis pluribus Diis simul jusjurandum jurabant, cujus farinae sunt (1.) ὠμνην δὲ ἐν ἀροήτῳ δικαστηρίῳ ἀπόλλω πατρῶν, καὶ δῆμητρον, καὶ δία βασιλέα, jurabant, sc. Athenienses, in Ardeto foro, Apollinem patrum, Cererem & Jovem Regem, quod apud Pollucem legitur in Onomast. l. 8. c. 10. ubi simul indicat, quo in loco hoc ipsum jusjurandum fieri consueverit, sc. in Ardeto, quod forum erat prope Ellissum, ab heroe quodam nominatum, qui seditiosum populum ad concordiam adjuravit. Conf. Pfeiff. Antiquit. Græc. l. 2. c. 26. (2.) πρὸς χαρίτων, per Gratias. Sic Amicus ap. Lucian. in Icaromenipp. T. 1. oper. pag. 656.

§. X. Solebant etiam per unum tantum Deum jusjurandum suum informare, utpote (1.) Νὰ δία, per Jovem, ap. Demosth. Orat. advers. Timocrat. Aristoph. Lucian. & alibi passim. Sic jurat Menippus, [qui revera Philosophus Cynicus natione phœnix, & servus natus erat, de quo Laërtius] ap. Lucian. in Mortuor. Dialog. Dial. Charontis & Menippi T. 2. oper. p. 62. & in Menippo s. Necyomantia p. 74. ubi & (2.) πρὸς Ἰδίοσιν invenitur, quæ etiam in Icaromenippo T. 1. oper. p. 664. legitur; & (3.) Μὰ δία. Ibid. p. 656. & per apostrophum. (4.) Μὰ δὲ. Ibid. p. 674. (5.) πρὸς Φιλίαν per amicitia præsidem, ibid. p. 658. ita autem Jupiter appellatur, qui & ὄρνιθις jurisjurandi Custos audiebat; (6.) Μὰ τὸν Ἀπόλλω per Apollinem, quæ reperire est ap. Plaut. Captiv. Act. 4. Sc. 2. it. (7.) μὰ τὴν δῆμητρον, per Cererem, Aristoph. (8.) more Deorum πρὸς τὴν Στυγὸν, per Stygem. Sic ap. Lucian. Menippus jurat, Dial. Menippi & Cerberi p. 60. T. 2. oper. Patet id quoque ex instituto Cleomenis, qui, postquam Arcadas sollicitasset adversus Spartam, eosq; adgisset jurejurando, ad se sequendum, quocumque ipsos educeret, in animo etiam habuisse dicitur, primores illorum ad urbem Nonacrin ductos adigere ad ἐξορκεῖν τὸ Στυγὸν ὕδωρ ap. Herodot. Erato c. 74. qui simul addit, in urbe hac Nonacri, [quæ urbs est Arcadiæ] Stygis aquam esse, ab ipsis Arcadibus traditam fuisse, hujus naturæ, è petra nimirum aquulam emanare, distillantem in vas quoddam in gyrum maceria præseptum. Alia erat (9.) ἴσῳ νῦν ζεὺς αὐτὸς ἐρίγδραπτι πόσις ἡγεῖς. Sciat nunc Jupiter ipse valde sonans maritus Junonis. Homerus Iliad. 1. Uti autem quævis urbs Græciæ peculiare colebat Deos, ita & quamlibet per illas jusjurandum dedisse, nullum est dubium. Conf. Alex. ab Alex. Genial. Dier. l. 5. c. 10.

§. XI.

§. XI. Has excipiunt illæ, ubi per *Creaturas & Res vel Deos vel certè sanctas* ipsis creditas jurabant. Cujus generis sequentes sunt (1.) κ̄ ἠΨαι-
 σίωτος per *Hephestionem*, uti ita Perdiccam jurasse dicitur ap. Lucian. in
 libello Calumn. non tem. credend. qui habetur T. I. oper. Erat autem hoc
 jusjurandum longè religiosissimum, idq; quidem jussu Alexandri, qui eun-
 dem mortuum inter Deos haberi voluit, hinc eidem quoque templa, ci-
 vitates, pleræque dicatæ, delubra condita, aræ, sacra, feriæq; novo Deo
 sancitæ fuerunt, gravissimiq; criminis apud Alexandrum reus fiebat, qui
 colere & adorare Hephestionem renueret, ceu ibid. pluribus videre est.
 (2.) καθ' ἱερῶν τελείων per *integra sacra*, ap. Demosthen. imò & per Ca-
 put tum proprium, tum alterius, imprimis Regis, ejusque filiorum, jura-
 bant. (3.) κ̄ τῆς τῆ βασιλέως κεφαλῆς per *Caput Imperatoris*, quod
 tacto capite fiebat, adeoque sanctum erat, ut non fas erat juranti contra
 illud delinquere, Ἰσοστόν ἐφύταπεν ὁ νῆς τῶν τότε τὴν πολίτεια ὀκο-
 νομῆτων θεῶν προνοίας ἐξερημῶν. Usque adeò tuta mens illorum erat,
 qui Dei cura destituti, rempublicam id temporis administrabant, ceu ele-
 ganter Zosimus addit L. VI. c. 51. ubi formulam hanc affert. Quod au-
 tem per Caput jusjurandum dare consueverint, rationem hanc tradit
 Spondanus Comm. ad Homer. Iliad. a. v. 514. vel quòd caput pars in cor-
 pore præstantissima, utpote in qua est rationalis animæ sedes, secundum
 Platonicos, sit, vel quòd res sancta caput æstimatum fuerit; [unde & ster-
 nutamenta sacra Aristot. in problemat. sect. 33. quæst. 9. dixit:] vel quòd
 caput pro Salutis Symbolo habitum fuerit, hinc illud adjurare, & devo-
 vere in fide præstanda receptum fuisse. (4.) κ̄ τῆ πυρός per *ignem*,
 apud Demosth. Orat. advers. Conon. Huc spectat (5.) καὶ μὰ τόδε
 σκήπτρον, certè per *hoc sceptrum*, Hom. Iliad. a. v. 234. Et si Eustathius
 putet, Achillem, qui hîc plenus irâ ita jurat, ex re obvia jurandi occasio-
 nem arripuisse. Conf. Spondanus in h. l. Reliquas jurisjurandi formulas
 utpote per numerum quaternarium Pythagoræorum, per Viros insignes,
 & alias brevitatis studio præterimus. Vide sis intereà Alex. ab Alex. l. c.

§. XI. Misiss reliquis & execratoriæ evolvendæ veniunt, ubi vel
 malum, si pejerarent, sibi suisq; imprecabantur, vel bonum, si benè jura-
 rent, apprecabantur; cujusmodi sunt: (1.) ἐπόμνυμι δια ποσειδῶνα,
 δήμητρα, καὶ ἐπάρωμαι ἐξώλειαν ἑμαυτῆ, καὶ οἰκία τῆ ἑμαυτῆ, εἴτι
 τῶτων παραβαίνομι, εὐορκῶντι δὲ καλὰ πολλὰ καγαθὰ εἶται, adju-
 ro Jovem, Neptunum, Cererem, & ipse mihi exitium imprecor, & familie
 meæ,

5
71
mea, si quid horum neglexero, aut violaro; Sin bona fide prestitero, praeclara mihi & bona multa eveniant. Utebantur autem hac formulâ Judices, qui 60. annos nati esse debebant, ceu liquet ex Demosth. Orat. in Timocratem, & Jul. Polluc. l. 8. c. 10. Alia est (2) εὐορκῶ, πολλαὶ μοι ἀγαθὰ γένοιτο, καὶ μηδέποτε αὐδὴς τοιῶτο μηδὲν πάθοιμι, εἰ δ' ὄπιρκῶ, ἐξώλης ἀπολοίμην, αὐτὸς γέ, ἢ εἴ τι μοι ᾄσιν, ἢ μέλλει ἔσεσθαι, quodsi sanctè juro, multa mihi bona eveniant, neque in posterum quicquam tale accidat, sin pejero, funditus peream, & ipse, & si quid mihi est, aut futurum est, Demosth. Orat. advers. Cononem. & (3)

ἴσῳ νῦν Ζεὺς πρῶτα θεῶν ὑπαίθε, καὶ ἄρισθε
γῆτε, καὶ ἠέλιθε, καὶ ἐρηνύες, αἱ δ' ὑπὸ γαίαν,
ἀνθρώποις ἱννυῖαι; ὅτις κ' ὄπιρκον ὁμόσῃ.
Μὴ μὲν ἐγὼ κέρη βρισηίδι χεῖρ' ἐπενείκα
ἔτ' εὐνῆς πρόφασιν κεχρημύθε, ἔτε γέυ ἀλλὰ,
ἀλλ' ἐμεν ἀπροσίμασθε ἐνὶ κλισίῃσιν ἐμῆσιν;
εἰ δέ τι γῶν δ' ἐπίορκον, ἐμοὶ θεοὶ ἄλγεα δῶσιν
πολλὰ μάλ', ὅσα διδάσιν ὅτις σφ' ἀλίτηται ὁμόσας.

Sciat nunc Jupiter primùm Deorum summus & praestantissimus, Terraq, & Sol & furia, qua sub terram homines puriunt, quicumque perjurium juravit, quod nequaquam ego puellae Brisèidi manum intuli, neque cubilis occasione usus, neque alicujus alterius rei, sed erat intacta in tentoriis meis: Si verò quid horum perjurium est, mihi Dii mala dent multa admodum, quaecunque dant ei, qui ipsos offenderit jurando. Homer. Iliad. T. v. 258. seqq.

CAP. III. LATINÆ.

§. I. **S**uperest, ut & Latinas pro ratione nostri instituti vel paucis saltem attingamus, cum praesertim jam olim integro Capite, & quidem satis prolixo, formulas jurisjurandi in Tractat. suo de Formulis Romanorum edito, Brissonus profecutus fuerit; neque disputatio, quam brevem esse volumus, prolixiorum formularum enarrationem admittat. Erant autem vel solennes, vel privato Sermoni inspersæ.

C

§. II.

§. II. *Solennes* quod concernit, conceptis ut plurimum verbis fiebant, hoc præsertim modo: (1) *Ex animi mei sententia juro*, uti id ex Cicerone discimus; Non enim, inquit ille l. 3. offic. falsum jurare pejerare est, sed quod ex animi tui sententia juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Et hoc erat longè religiosissimum jusjurandum. Quo pertinet (2) *per Jovem lapidem*, quæ itidem sanctissima erat, teste Gell. N. A. l. 1. c. 21. mentionem ejus facit Cicero Famil. VII. 12. De origine eruditi inter se non conveniunt; alii à lapide silice eam derivant, quem in sancendis foederibus juraturi tenebant, hæc adjicientes verba: Si sciens fallam, Diespiter me salva urbe arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Verosimilius autem videtur esse, eam habere à simulacro Jovis, quod jurantes in templo Jovis, quod in Capitolio erat, [unde & Capitolinus Jupiter dictus] apprehendere solebant. Vid. Gyrald. Syntagm. II.

§. III. *Privatarum*, quas sermoni suo intexere solebant, [utpote & in more salutantes habebant, jusjurandum adjicere, ut sedulo scilicet id facere viderentur. Conf. Terent. Hecyr. l. 2.] formularum jurisjurandi aliæ *servato quodam discrimine sexus*, aut *conditionis* adhibebantur; aliæ videlicet *Viris* in usu erant, *Femina* aliàs adhibebant, *Liberi* itidem, *Magistratus* & *Milites* peculiare quasdam jurisjurandi formulas habebant; Aliæ autem *omnibus communes* erant.

§. IV. *Viris* usitatæ jurisjurandi formulæ hæ erant: (1) *per Martem*, sic Pyrgolinices ap. Plaut. in Milit. glorios. Act. V. Sc. ult. (2) *per Herculem*, quam vel *per Me hercle*, vel *me hercule*, vel *hercule*, vel *hercle*, aut etiam additâ particulâ *Næ*: *Næ Hercle* exprimebant; ceu videre est ex Plauti locis cum plurimis. Casin. II. 6. Mostell. l. 3. & alibi. Trucul. II. 1. equidem Mulier jurat

Ha ha ha hercle quievi

ast rectè censet Taubmannus, secutus Varronem & A. Gell. l. c. locum hunc corrigi debere, hoc modo:

Ha ha ha he ecere quievit

Jusjurandum per Herculem ceteroquin sub dio factum fuisse Plutarch. Lib. *αἰτιῶν* docet; Rationem autem, cur *Viris* tantum *per Herculem* concessum fuerit jurare, hanc allegat A. Gell. N. A. l. II.

c. 6.

c. 6. quia herculaneo sacrificio mulieribus abstinendum erat; non verò liquere ait, cur sequens per *Castorem*, tantum foeminis licitum fuerit.

§. V. Feminae itaque jusjurandum suum (1) per *Castorem* informabant, quae formula perinde uti antecedens variè reddebatur; dicebant quippe vel *ecastor*, vel *mecastor*, docente id iterum Plauto in locis plurimis. *Amphitr.* II. 2. *Asinar.* III. 3. non autem *perecastor*, uti legitur apud Terent. *Andr.* III. Sc. 2.

Perecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Mendosus proinde hic locus eruditus habetur, qui eum ita emendant, ut post syllabam *Per* distinctionem apponant, eamque ad vocab. *Scitus* referant, hoc sensu:

Ecastor, perscitus puer natus est Pamphilo.

confer. Becm. in *Orig. LL.* p. m. 731. (2) per *Junonem*; in cujus tutela, uti Viri in Apollinis esse credebantur, testatur id Plaut. *Amphitr.* II. 2. ubi Alcmena:

*Per supremi Regis regnum juro, & matrem familias
Junonem, quam me vereri, & metuere est par maximè.*

(3) per *Venerem*: Sic Stephanium Puella ap. Plaut. *Stich.* V. 1.

Ita me Venus amena amet.

Notandum autem, quandoque etiam molliores homines in gratiam Dominae suae dictas formulas adhibuisse, sic *Mecastor* usurpat *Parasitus* ap. Plaut. *Asinar.* V. 1. per *Junonem* servum jurasse testatur *Juvenal.* *Satyr.* II.

Et per *Junonem Domini* jurante ministro, ubi simul reprehendit servos, non per genium, uti par erat, sed per *Junonem* more mulierum jurantes. Per *Venerem* jurat *Ovidius*

Per Venerem juro, pueriq; volatilis arcus.

Amor. I. 2. *Eleg.* 7. conf. *Eleg.* 8. & *Lenonem* ita jurantem inducit *Plautus Rudent.* V. 2.

Venus Cyrenensis testem te testor mihi.

quo in loco simul innuit, jusjurandum tactis aris praestitum fuisse, conf. *Corn. Nepos* in *Annibale* c. 2. Sicut idem de Graecis affirmat *Justin.* I. 24. c. 2. arae quippe ansulas quasdam habebant, quas jurantes apprehendebant, autore *Scaligero* I. 5. c. 5. *Poëmat.* Huc spectant & amantium jurisjurandi formulae, per oculos, per dulce

G 2

oscu-

osculum, & per crines aureos; quarum exempla vid. ap. Plaut. Menæchm. V. 9. Ovid. l. 3. Amor. Eleg. 3.

*Perg₃ suos illam nuper jurasse recordor,
Perg₃ meos oculos, & doluere mihi.*

Propert. l. 1. Eleg. 15.

*Quamve mihi viles isti videantur ocelli,
Per quos sæpè mihi credita perfidia est.
Hos tu jurabas, si quid mentita fuisses,
Ut tibi suppositis exciderent manibus.*

Tibull. l. 3. Eleg. 6.

*Etsi per₃ suos fallax juravit ocellos
Junonemq₃ suam, per₃ suam Venerem,
Nulla fides inerit: perjuriam ridet amantum
Juppiter, & ventos irrita ferre jubet.*

Ex quo simul liquet, amantium jusjurandum pro rato minimè habitum fuisse, confirmat id quoque Ovidius:

*Nec jurare time, Veneris perjuriam venti
Irrita per terras & freta summa ferunt.*

§. VI. Liberos jurasse per Parentum (1) ossa, docet Poëta ita canens:

*Ossa tibi juro per matris & ossa parentis,
Si fallo, cinis heu sit mihi uterq₃ gravis.*

Propert. l. 2. Eleg. 20. Cineres quippe sacri habebantur, conf. Guterius de Jure Manium. Et (2) per Caput, ceu ex Virgil. l. 9. Æneid. patet:

Per Caput hoc juro, per quod pater ante solebat.

§. VII. Senatoribus Romanis jurisjurandi formulam usitam tradit Valer. Max. l. 2. c. 12. his verbis: (1) Juro per Jovem Olympium, & Consiliarium, & per Vestam consultricem, & per Jovem maritalem, & Junonem maritalem, & Minervam providam, & Victoriam, & Venerem, & amicitiam, & concordiam, & jus atq₃ fas, & bonam fortunam, aliosq₃ universos Deos ac Deas, me sententiam velle dicere secundum leges, & c. Mihi quidem sanctè jurato benè sit, & Dii & Demones faveant, itemq₃ meis omnibus cum amicis, tum universo generi ac familie; in perjurio verò ne deprehendar unquam.

Aliam,

5
Aliam, & quidem Romanorum cum Carthagenensibus foedus faci-
entium deprehendere licet apud Livium Decad. 3. hujus tenoris: (2)
*Si rectè & sine dolo malo hoc foedus, & jusjurandum facio, Dii mihi
cuncta felicia praestent &c.*

§. VIII. Militibus solenne erat (1) *in nomen Imperatorum*
jurare, sic in Claudii nomen jurant ap. Sueton. in Vita ejusdem c. 10.
& quidem gladiis cervicibus admotis ita jurasse, Ammian. Marcell.
l. 21. asserit. Alia erat (2) *Ex mei animi sententia juro, ut ego*
Rempublicam non deseram, neque ullum civem Romanum desere-
re patiar, si sciens fallo, tunc me Jupiter O. M. domum, familiam,
remque meam pessimo letho afficias. Conf. Kipping. antiquitat. p.
402. & Veget. l. 2. de Re militari. c. 5. Hocque jusjurandum quotan-
nis eo, die quo imperium à principe susceptum fuerit, repetitum esse
Plinius docet. l. 10. Epist. 61.

§. IX. Et haec sufficiant de jurisjurandi formulis, vel *certo se-*
xui, vel conditioni adhibitis, restat, ut & quasdam *communes* ad o-
mnes spectantes demus; optime autem has iterum distinguere pote-
ris in illas, ubi vel *solos DEOS*, & quidem *omnes*, vel *saltem aliquos*,
vel etiam *unum tantum* testem vel Vindicem invocabant & eas ubi
per *Creaturas* vel tanquam *sanctas*, vel tanquam *charissimas* jusjuran-
dum faciebant, hoc sensu: ut, si pejerarint, iram Deorum in easdem
expeterent, sin vero recte jurarent, ut omnia bona ipsis eveniant,
precarentur.

§. X. Prioris Classis, & quidem, ubi *Deos omnes* invocabant,
exempla plurima possent adduci, brevitati studentes paucissima ad-
ducere libet. Sic apud Ciceron. Philipp. I. 1. *Jovem Deosque penates*
jurasse legimus & Plaut. Cistellar. II. 1.

Ita me Dî Deaque superi & inferni, & medioximi

Itaque me Juno regina & Jovis supremi filia,

Itaque me Saturnus patruus ejus. - - -

Itaque me Ops opulenta illius avia. - - -

Dî me omnes magni minutique & patellarii,

Faxint, ne ego dem hodie vivus, &c.

Et Bacchid. IV. 8.

- - *Ita me Jupiter, Juno, Ceres,*

Minerva, Latona, Spes, Opes, Virtus, Venus

C 3

Castor,

*Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,
Submanus, Sol, Saturnus, alique omnes ament*
ita ibid. Sc. VI I.

- - *Per omnes Deos adjuro, ut.* - - -

Sic: Dii Deaque me perdant. Sueton. in Tiberio c. 21. Plaut. Milit. glorioso. Act. III. Sc. 2. & alibi. Dii Deaque te perdant. Mercat. IV. 4. De ratione autem hac loquendi: Ita me Deus adjuvet. Consul. Vechnerus Hellenol. l. 2. c. 13. p. m. 247. seqq.

§. XI. Non autem semper plures aut omnes Deos nominabant, sed vel per *unum etiam* tantum jusjurandum jurabant, ceu ex sequentibus patet; Sic jurant (1) *per Jovem* ap. Plaut. Amphit. l. 1.

Per Jovem juro me esse: - - - - -

per eundem autem jurabant, ut is jurantem, si pejeraverit, poena afficiat, utpote qui fulmine suo omnia possit perdere; utraque enim manu fulmen, & quidem trifidum continens sculpebatur, quasi ulturus omnino fulmine, qui fallerent jusjurandum, & violarent. Sic (2) *per Pollucem*, quam variis modis exprimere amabant, nunc enim vel unica Syllaba Pol, vel epol, vel edepol efferebant, quarum longe plurima exempla passim apud Comicos obvia sunt; ut plura hic citare non opus sit. Vid. interea de ipsa formula Becm. de Origin. L. L. p. m. 731. & B. Thomafius in Disp. de styli ethnicismo circa jurandi adverbia fugiendo. ann. 1665. Lipsiæ habita. Id saltem adhuc hic notamus, quod Gellius. N. A. l. II. c. 6. ex Varrone allegat, olim Viros neque per Castorem, neque per Pollucem jurasse, inscitia tamen antiquitatis Viros dicere edepol cepisse, factumque esse ita dicendi morem. (3) *per Cererem*; quam vel per Eccere, vel ecere, vel ecer efformabant. Vide sis præter allegat: Becman. & Thomas: II. cc. Taubmann. in Not. ad Plaut. Trinum. II. 2. (4) *per Apollinem*, scilicet, ne jurans putaret, se in occulto esse, aut poenam perjurii effugere se posse, ut pote, qui Divinationis Deus credebatur: (5) *per Themidem* justitiæ antistitem, innuentes, pejerantes in justitiam peccare; Frequens quoque ipsis erat formula hæc (6) *Mediusfidius*, ubi Festus & Pompon. per fidium, Herculem, Jovis filium intelligunt, eo, quod græci Jovem *δία* dicant, nos vero fidium pro filio, priscos enim sæpe, d. pro l. usurpare; Ita autem jurasse constat ex Sueton. Tiber. c. 21. & aliunde passim. Conf. Gyrald. Syntagm. X. & Becm. de Orig. LL. p. 405.

§. XII.

5.
7.
§. XII. Adillas, ubi per *Creaturas*, utpote *sanctas*, jusjurandum fecere, sequentes referimus. Quando scilicet jurabant per *Nomen, Genium*, item *fortunam Caesarum & Imperatorum, vivorum & mortuorum*; sic Claudius jusjurandum neque sanctius sibi, neque crebrius instituit, quam per Augustum, autore Sueton. in Claud. c. ii. Constat quippe eundem, ut & ceteros Imperatores post mortem in Deorum numerum relatos fuisse, unde non obscure colligere licet, uti per Augustum, ita & per ceteros, jurare in usu fuisse, præter Tiberium & Caligulam, quorum in juramentis nullam factam fuisse mentionem Dio notavit. l. 10. *Καὶ διὰ ταῦτα τὸ μὲν ὄνομα αὐτῆς γαῖς ἔκ ἐστὶν ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν αυτοκρατόρων, ὧν μνήμην, ἐπὶ τε τοῖς ὅρκοις, καὶ ἐπὶ ταῖς εὐχαῖς ποιῶμεθα ὡσπερ ἔδὲ τὸ τῆς Τιβερίου, hi duo enim Cæsares in Numerum Deorum, tantum abest, ut relati fuerint, ut potius vix sepultura digni fuerint habiti; etenim Caligulæ Cadaver tumultuario rogo semî ambustum levi cæspite obrutum fuisse, ex Sueton. in ejus Vita c. 59. discimus, & Idem de Tiberio in ejus Vita c. 75. ita scribit: *Morte ejus ita letatus est populus, ut ad primum Nuntium discurrentes, pars Tiberium (in Tiberim) clauderent: pars Ternum matrem, Deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent, alii unicum & gemonias cadaveri minitarentur: exacerbati super memoriam pristina crudelitatis, etiam recenti atrocitate. Quemadmodum autem & Feminas Deorum Numero inferebant, ita & per illas jurasse oppido liquet; utpote per Drusillam, jussu Caligulæ; teste Sueton. in ejus Vita. c. 24. per Liviam, jubente id Claudio, uti Dio tradit. l. 59.**

§. XIII. Sæpissime tandem per *Res, sibi charissimas* jurabant, eo sensu, quo §. IX. Capitis hujus diximus, Quorsum spectant formulæ per *Caput suum, & alterius, vel parentum, vel liberorum aliorumve* quos charos habebant, Martial. l. 9. epigr. 49.

Per tua jurares sacra, caputque tuum.

Huc & Juvenalis locus facit Satyr. 6.

*- - Nondum græcis jurare paratis
per Caput alterius. - - -*

ex quo colligi licet, uti multas alias, ita & hanc formulam jurisjurandi latinos à græcis accepisse, una eademque sæpissime forma adhibi-

adhibitas. Conf. Vechn. Hellenol. l. c. sic Ovidius per Casareum caput jurat. l. 3. de Ponto Eleg. 3.

§. XIV. Tandem & per *alias Res* jurabant, utpote Julianus & Trajanus non per *charitates*, sed per *inchoatam Negotiorum magnitudinem* dejerare solebant; Julianus quidem: *Ita quassatum recre-em Orbem Romanum.* Et Trajanus: *Sic in provinciarum speciem redactam videam Daciam. Sic Pontibus Istrum aut Euphratem superem,* referente Ammian. Marcell. l. 24. Nec praterenda est peculiaris illa jurisjurandi formula *per Casam Romuli, perque veteris Capitoli humilia tecta.* teste Valer. Max. l. 6. c. 4. Conf. Schmidel. observ. ad Dissert. i. polit. Marci Zuerii Boxhorn. sapissime & sequentes locutiones adhibebant; *dispeream si; Dispeream ni; Ne Vivam; Ita ne salvus sim, &c.* quarum exempla, ut & alias longe plurimas formulas Briffonius collegit l. c. quo etiam B. L. remittimus, in præsenti è potioribus paucissimas indice quasi digito pro ratione instituti nostri indicasse contenti.

COROLLARIA.


Jusjurandum per Formulas *Mebercule, Deus fidius. &c.* à Christiano sine nœvo fieri nequit.

Jusjurandum per Deos gentiles à gentili factum est genuinum Jusjurandum.

Præscientia Dei non necessitat.

Propria non possunt separari à suo subjecto.






5
7.








ULB Halle
004 970 934


3




TA → 0L

1077







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

DISSERTATIO
 HISTORICO-PHILOLOGICA
De
 PRÆCIPUIS
 JURANDI
 FORMULIS
 Græcis, Græcis atque Latinis,
 Quam
 Illustrissimæ Facultatis Philosophicæ
 indultu
 PRÆSIDE
 CHRISTIANO LUDOVICO
 publicæ Eruditorum ventilationi
 exponit
 R. M. DC. XCII. d. XXIV. Septembr.
 AUTORE & RESPONDENS
 VID Buches / Vratisl. Siles.
 B. A. & Philos. Baccal.

LIPSIAE,
 Typis GOEZIANIS.

~~38.~~
 III.
 1692,9
 10

5

